



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioannis Azorii Lorcitani, Societatis Iesv Presbyteri
Theologi, Jnstitvtiones Morales**

In Qvibvs Vnivers[a]e Qvaestiones ad Conscientiam recte aut prauè
factorum pertinentes, breuiter tractantur

Azor, Juan

Coloniae Agrippinae, 1602

6. Aliæ quædam de eade[m] re quæstiones diluuntur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14077

locum habere, quoniam cedit in cōmūnem Reipublicā salutem, & bonum, vt sint literatorum hominum seminaria, ex quibus idonei Ministri deligi queant ad Sacerdotia, & Ecclesiastica munera obeunda. Nec huiusmodi iusfurandum impedit ingressum in Religiosorum ordinem: quoniam admissi iureiurando pollicentur non se suscepituros Religiosę vitę institutum sine permisso eius, cui cura est Collegium. Non ergo iurant simpliciter eiusmodi iuuenes non se ad Religionem transtuleros, hoc enim maius bonum impletet, & iurijurando vim penitus abrogaret. Quod si illi melioris vītę cupidi Religionem suscipere velint, iure posint; petita tamen ab eo facultate, cui est Collegij cura concredita, quamvis non obtenta: quoniam iusfurandum non viuant, cum facultatem pertant: nec tamen eam impetrare, sed petere tantummodo coguntur.

Animaduertendum tamen est tuta conscientia ab huiusmodi adolescentibus iusfurandum exigē, quo promittant se in animo habere in literarū studia incumbere, & in his perseuerare. Aliud enim est iurare, se id in animo habere; aliud verò, iurare se nō ingressuros Religionem sine concessu, aut sine permisso eius, qui Collegium gubernat. Virumque enim iusfurandum cum ratione, & equitate, & iure conuenit, sed diuersum est: nam qui primo modo iurat, facultatem petere, iusfurandi religione, & obligatione non cogitur, & quandocunq; voluerit, potest ad Religionem cōiōlare: fatis est, si dum in Collegium admittitur, in animo habeat in literarum studia operam, & curam conferre. At qui secundo modo iurauerit, ad petendam facultatem compellitur, si velit Religionem suscipere. Quarit Nauar. *conſil. 1. de Regularib.* An iuuenes, qui admissi in Collegium Anglorum, quod est in Urbe, vi statuti ipsius Collegij iureiurando promittunt se post absolute literarum studia profecturos in Angliam ad religionem, & fidem Catholicam publicè defendendam, docendam, & haereticos conuincendos, tuta cōscientia ad Religiosorum institutum, & vitam transire possint. Respondeat ille, non posse; quod probat primo, quia seru⁹ in Religionem ingredi iure nequit absque sui domini consensu. Secundo, quia si quis iurando promisit puerū se illam vxorem ducturum, ad Religionem se conferre nō potest, nisi prius cum ea nuptias contraherit, *cap. Commissum, de fonsalibus.* Tertio, quia Procuratores, Tutores, Curatores, & reliqui ad curam, administrationem, munusū, & officium delecti, & obligationis vinculo obstricti nequeunt iure suscipere vitam religiosam, quia sui munera, cura, & tutela debent rationē reddere. Quartio, quoniam qui sunt ēre alieno obstricti ad Religionem se recipere non possunt, nisi debita soluant. Misi hac Nauarri sententia non placet, & multo minus eius rationes, & argumēta probantur: quoniam qui iusfurandum in melius mutat, per iurū non est: *in c. Peruenit. 2. de iureiur. habetur:* promissum non infringit, qui illud in melius commutat. & *Scriptura, de voto, dicitur:* res frat̄i voti non habetur, qui tempore obsequium in perpetuū noscitur religione obseruante communare. Nec rationes Nauarri aliquid concludunt: nam fernus non est sui iuris, sed domini pōssessio. Item cæteri, quos Nauarrus in me-

dium producunt, sunt aliquo iustitiae vinculo hominibus obstricti, & ingressus in religionē cum alterius damno esse non debet: at prædicti iuuenes solum sunt iurisfundi nexus Deo obligati, quod ingressum in religionē impeditare iure non potest.

Ex his etiam perspicuit, quid sit iudicandum de ijs, qui dum ad beneficium, & ministerium Ecclesiasticum promouentur, iurando interdū promittunt Ordinario loci id exigeante, se illud non dimisuros, & deposituros gratia alterius, quod dicere solent se non resignaturos in gratiam, & fauorem alterius, aut cum alio non commutaturos sine consensu ipsius: Eiusmodi enim iusfurandum nō impedit, quin ijs, quorum animus est se ad Religiosorum Ordinem, & statim recipere, beneficium deponant gratia amicorum; quoniam illud rātummodo adhibetur, ne is, cui beneficium cōfertur, statim eo se abdicet, & apud Romanum Pontificem per se, vel per Procuratorem gratia alterius deponat, reseruata sibi certa pēsonē. Sed rārō exigere solent Ordinarii eiusmodi iusfurandum: tantummodo is, qui Beneficium impetrat, & obtinet, iurat se in animo habere Beneficium suscipere, vt debitum officium p̄stet, & Ecclesia iusfuratur: quod iusfurandum equissimum est, & cum ipso Canonico iure conueniens, ne quis Ecclesiæ p̄ficiatur ea voluntate, & animo, vt illam statim cum alia permutteret, aut dimittat gratia alterius, retenta sibi pensione Romani Pontificis auctoritate. Abusus enim est quorundam Beneficiorum impetrantium, & asequentium, vt statim ea cum alijs commutent, vel ijs gratia aliorum se abdicent, & sibi pensiones acquirant.

Caput VI.

Aliæ quedam de eadem re questiones diluuntur.

PRIMO queritur, An iusfurandum valeat contra simplicem, & nudam promissionem? Respondet, Innocentium *cap. Venient. de iureiur. tensisse* eum, qui iurat contra simplicem promissionem, qua alteri se obligauerat, iusfurandum servare debere, & nihilominus satisfacere alteri, cui promiserat se aliiquid facturum. Cæterum Hoffiens. Ioan. Andreas, Abbas, Ancharanus, Antonius, & alij in *cap. Venient. de iureiur.* communis consensu contra Innocentium docuerunt, iusfurandum contra simplex promissum nullius esse momenti, & ponderis. Sic etiam Couar. in *4. de Matrim. p. 1. cap. 4. nu. 3.* sic Henri. in *cap. Venient. de iureiur.* quamvis Imola in eo capite maluit contra communem sententiam Innocentij opinioni adhaere. Exemplum propono: Tertius certe puerū futuras nuptias simpliciter promisit: deinde alteri futuras quoque nuptias iurando spopondit, rata est & firma prima promissio, quamuis sit secunda iureiurando munita. Similiter promisisti Caiote venditurum librum ruum, aut fundum; deinde eundem librum, aut fundum te venditurum alteri iureiurando firmasti: valet prima promissio, quamvis simplex, & nuda, quoniam iusfurandum in secunda promissione interpositū eo ipso, quod est contra simplicem promissionem, cum bonis moribus repugnat: nam primæ promissioni, & f. dei an-

dei antea data aduersatur, & proinde iuri naturali, quod si dem data feruandam esse prescribit. Quo fit, ut qui contra simplicem promissio nem, secundam iureiurando confirmat, sit in iurando periusus: ac rursus peccet, si secundam praeferit prima promissione posthabita, quoniam prima vinculum cum fuerit prius, eo ipso est arctius. At totum hoc locum habet, cum secundum promissione nullum aliud instituit vinculum prae*ter* iurandum accedit.

Secundum queritur, An ius*furandum* secundum valeat contra primum? Respondeo, minimè, si cum secundo nullum aliud instituit vinculum co*iungatur*, ut si iurasti te locatarum operas tuas, vel domum certam Caio, & deinde idem pro*for*s iurando promisisti Titio, feruandum est primum ius*furandum*, & in secundo su*st*ti periusus, quoniam contra fidem Caio datum iurasti. Similiter si iurasti te Caio centum daturum, & deinde totidem Titio iurando spondisti, si non habeas nisi centum ea debes Caio dare: alioquin si Titio das, ius*furandum* negligis. Duo ex iure Canonico pro hac sententia faciunt. Primum est, quod habetur in cap. *Intellecto de iureiur. vbi* habetur *Vngarie Regem quædam bona ad Regiam dignitatem pertinientia alienans*, & iurasse nunquam se contra eam alienationem venturum, qui in sua creatione iurauerat nunquam se regni sui bona, aut iura alienarum. Decernitque Pontifex nullum esse secundum ius*furandum*. Alterum est, quod tradit *Glossa in c. Lices de iureiur. iii. 6. communis consensu recepta*. Si mulier, inquit, iurauerit se non alienatur res *dotalis*, aut donatas sibi propter nuptias: quod si alienauerit, reuocatur am se alienationem, & postea alienauit sine iudicis auctoritate, & alienationem iureiurando adhibito confirmavit, valeret ius*furandum* primum. Pari modo Episcopum consecrantur, iurant non alienatores se fu*re* Ecclesiæ bona absque Romani Pontificis consensu, quæ si postea alienent, & alienationem iureiurando confirmant, secundum ius*furandum* nullius est ponderis, & momenti. Ita etiam si minor iuret se nihil alienatur, & deinde alienet, & iureiurando alienatione corroboret, primū ius*furandum* subsistit, secundum nō item.

Tertio queritur, An id, quod fit contra promissiōnem iureiurando firmatam, sit ratum, & firmum? Tres sunt opiniones. Prima, in *Vniuersum*, ait, nullius esse firmamenti. Sic Hostiensis, Speculator, Archidiaconus, & Gaspar Calderinus, vt testatur *Syluef. iuramentum 4. q. 12*. Secunda opinio distinguit, aut id, quod fit, ad temporalia pertinet, & nunc ius*furandum* subsistit. Ut si tibi iurando promisi me librum, aut fundum venditurum, & deinde alteri vendidi rata est, & firmata venditio: at verò si id, quod fit, pertinet ad spiritualia, tunc non valeret id, quod fit contra ius*furandum*, vt patet ex cap. *Dilecto de Preb.* vbi Pontifex constituit iuramentum esse, & inane, si Canonici auga*it* Canonorum numerum contra statutum, quod ipsi ediderunt, & iureiurando confirmarunt. Sic Innocentius, Antonius, Imola in *ca. Dilecto de Preb.* refert Couar. in cap. *Quoniamis de patris in 6. p. 2. f. 2. d. 5.* Tertia opinio, generatim, ait, id, quod fit contra promissiōnem iureiurando munimāt confitere, nisi in certis causis iure ipso exceptis. Hanc sententiam Panormitanus inquit in *ca. Dilecto de Preb.*

esse cōmūnem; immo afferit distinctionem Innocentij cōmuni cōfēnsu improbari, quod idem affirms Conarruias, cū Decio, & Alciato loco *predicto*. Et hæc est amplectenda, vt ex subiunctis patet exemplis. Si quis certe puer illa futuras nuptias iurando promisit, & postea cum alia matrimonium contraxit, matrimonium est ratum, & firmum. *c. Sicut ex literis de sponsalib.* Item, qui iureiurando spondit Titio se venditum domū, vel fundū suū, & postea vendit Caius, rata est venditio. *I. Quoniamis. c. De rei vindicat.* Præterea, qui iurauit non se reuocatur um procuratorem à se confitum ad matrimonium contrahendum; & deinde reuocat, vim habet reuocatio. *Glossa in cap. viii. de procuratorib. in c. cōmuni consensu recepta.* I. *Super*, qui iurauit se nunquam reuocatum testamentum à se confessum, & postea reuocat, reuocatio valet, vt latè probat Couar. in *Rubr. de testim. p. 2. n. 9.* contra Hostensem, & Speculatorum. *Si quis item, cuius est Beneficium Ecclesiasticum conferre, iurauit se illud collaturum in Titum;* & postea Caio dedit, firma est, & rata collatio, vt vocatis quod testantur contra Innocentium, Ioan. Selua. *tract. de benef. p. 3. q. 27.* & Couar. loco citato. Si etiam Episcopus iurauit se Ecclesiæ suæ bona non alienaturum etiam ex causis iure concessis; & deinde alienauit in causa iure permisssis, alienatio subsistit, vt docent Archidiaconus, Gaspar Calderinus, quos refert Abbas in *ca. Intellecto de iureiur. iii. 6.*

Objec*tus* id, quod habetur in *c. Dilecto de preb.* vbi Pontifex ait, non posse Canonicos numerum Canonorum augere, si statutum ediderint, & iureiurando firmare int se nunquam numerum aucturos. Respondeo cum Panormitano, ibi non dici nullius esse momenti noui Canonici creationem, sed Canonicos id facere nō posse, quoniam iurauerunt id non se facturos. Firma est igitur noui Canonici electio, sed Canonici sunt per iuri. Hinc etiam efficitur, vt si Princeps legem ferat, & iuret se nunquam eam abrogaturum, si postea eam abroget, abrogatio valet; ita tamen, vt ipse sit periusus. Eodem modo, si patronus Ecclesiæ iuret se Titum Clericum idoneum nominaturum, & oblatum Episcopo, deinde vero *Caium Clericum* quæ idoneum nominet, & offerat, periusus est; sed nominatio, quæ dicitur Presentatio, non est irrita, & inanis.

Deinde **objec*tus*** id, quod habetur in *cap. Intellecto, paulo ante produc.* vbi Pontifex decernit inutiles, & irritas esse alienationes à Rege Vngarie factas contra ius*furandum*, quo dum ille Rex creatur, promiserat, se nihil eorum, quæ ad regiam dignitatem pertinerent alienaturum. Respondeo, eas alienationes bonorum non ideo refungi, quia contra ius*furandum* factæ fuisse, sed quia cum detimento, & iactura regni: quare etiam si nihil Rex ipse iurasset, pariter dissoluerentur tanquam communi Reipublica saluti, & bono perniciose. Demum **objec*tus*** id, quod *Glossa* docet in *cap. Lices de iureiur. in sexto*, quando mulier iurauit se non alienaturam res *dotalis*, aut sibi donatas propter nuptias; & se reuocaturum alienationem, si aliquando alienauerit, & postea alienauit absque iudicis auctoritate: Nihil, at *Glossa*, valet alienatio. Respondeo, nihil valere, quia eiusmodi alienatio est mulieribus noxia, & pri-

mum

mum iusurandum est iuri, & rationi naturali
consentaneum.

Quarto queritur, An iusurandum vim ullam
habeat contra bonos mores? Respondeo cu[m] com-
muni omnium sententia nullius esse momenti.
cap. Non est obligatorium, de reg. iuris in 6. dicitur: *Non*
est obligatorium contra bonos mores præsumendum iuramen-
tum, &c. l. Si vnu. §. Illud ff. De pactis, sic habetur:
Illud nulla passione effici potest, ne dolus præstetur. l. Con-
uenire. ff. De pactis dotibus, statuitur: Convenire
non potest, nec illa quidem pacta servanda sunt, ne ob res do-
natas, vel amores egatur: quia altero pacto ad furandum
mulieres innuitantur, altero ius ciuile impugnatur: ejus con-
uenienterit ne ob impensas necessarias agereatur, tale pactum non
est servandum, quia tales impensæ dote[m], ipso iure, minuuntur.
Et l. sequenti Ponponius, dicitur: Ponponius ait
mariuum non posse pacifici, ut dolum solummodo in dote præ-
stet. l. Si vnu. §. Paæta ff. de Pactis, habetur: Paæta,
que turpem causam continent, non sunt observanda: veluti si
pacificari, ne furis agam, vel iniuriarum peram. Sed post admissa
hac pacifici possumus. Item, ne experia interdicto, Vnde vi,
quatenus publicam causam contingit, pacifici non possumus.
Et in summa, si pactum convenientum à re prætua remouum sit,
non est servandum. Hac ibi. Et cap. Quemadmodum,
De iureiurando. dicitur: Illud autem iuramentum est pro-
cultubus & temerariis, si vir iure vxori, quod eum super nullo
crimine accusabit. Quia si mulier fieri infidelis, & nollet co-
habitare cum viro absque consumela Creatoris, tunc debe-
re illam ad indicem suum deferre. Hæc Pontifex. Vnde
Glossa rectè ait: Si aliquis iurando promittat se non de-
monstraturum fontes, non valet iusurandum: quia aditus pa-
tefieret delictu. Similiter si quis iurando promittat se non pa-
tefaturum arcum suæ fidei commissionem, iusurandum irri-
tu[m] est, & inuile est arcum sit iniquum, & præserit co-
munis salutis Reipublice nosum.

Animaduertendum est, bonos mores esse va-
rios; alij enim sunt, quos ius naturale prescribit,
& imperat. Alij, quos scriptum diuinum ius præ-
cipit. Alij vero, quos ius scriptum canonicum, vel
ciuile constituit. Cum igitur communis senten-
tia docet, vim nullam habere iusurandum con-
tra bonos mores, intellegit contra bonos mores
iuris naturalis, vel diuini scripti, vel Canonici.
Secus autem est, si iusurandum sit solummodo con-
tra bonos mores iure ciuili institutus, de quibus
capite sequenti tractabitur.

Caput VII.

Quando, & quomodo iusurandum con- tractus, & conuentus con- firmit.

Primo queritur, An iusurandum confirmeret
contractus, qui alioqui irriti essent, & inanes
iure ciuili? Quod est querere. An id, quod sit, &
iureiurando firmatur, eo ipso, vim habeat; cum
tamen alioqui iure ciuili sit irritum? De qua que-
stione agunt Pontifici juris interpretes in cap. *Cum*
contingat, De iureiurando. & cap. Licei. De iureiurando. in 6. &
ciuilis iuris doctores in l. *Sacramen.* C. & aduersus *ven-*
dionem. Præsertim Bartho. Paul. Alberic. Saly. Cor-
neus, Ialon. Vnde Bartho. in l. Si qui pro eo. ff. De fide-
iussoribus, quasdam præceptiones, & regulas tra-
cit, in quibus quidam conueniunt, alij non item.
*De quibus etiam multa Abbas in cap. *Cum* contingat.*

de iureiurando. Couar. in cap. *Quamuis pallium, de pati. in 6.*
p. 2. §. 1. & sequentibus.

Prima est: Quories contractus est contra bo-
nos mores iuris naturalis, vel Diuini, vel Cano-
nicis, etiam si iureiurando firmetur, non sit ratus,
& firmus. Exempli gratia. Pactum, inquit, se do-
lus in contractibus præstetur, hoc est, Ne si quid
mali dolo fiat, resarciantur, reddatur, item: Pa-
ctum ut domo expellat vxor, & filios suos.
Item: Pactum, ut quis venenum præbeat p[ri]ori,
vel alteri innocentem. Pactum, ne quis delinquentem
acculeret, aut ne quis arcum iniquum, & no-
xiu[m] Reipublice saluti patefaciat ijs, quibus debet.

In hac quidem prima Regula a Bartholo posita
conveniunt omnes: ea enim colligunt ex cap.
Non est obligatorium. De reg. iuris in 6. & l. Contractus. ff.
De reg. iuris, & ex l. Non dubium. C. de legib[us]. At vero
in huius Regule confirmationem, aliqua exempla in medium producit Bartholus, que ceteri
non probant. Ait enim p[ro]actionem futuræ successio[n]is factam ab[so]lutæ consensu eius, de cuius hereditate agitur, etiam iureiurando firmata non
valere. Quia, inquit, est contra bonos mores naturales, quoniam datum occasio optandæ mortis alterius. Sed alij multi-
tudo, teste Couar. in cap. *Quamuis. de pati. in 6. p. 2. in iuram. n.*
do[cent], huiusmodi p[ro]actionem esse quidem iure
ciuili interdictam. l. vlt. & l. *Pactum quod datat. C. de pati.* & l. *Pactum dotale. C. de collationibus*; sed non iure
naturali, siquidem & fieri potest consensu eius,
de cuius hereditate tractatur, & auctoritate Principis; & tamen occasio optandæ mortis etiam in his casibus non tollitur. Secundum proponit Bartholus exemplum: Vt si quis iurando promittat non se renouaturum primū testamentum faciūt. Nullum est, inquit, iusurandum, quia est contra bonos mores naturales, vt constat ex l. *Stipulatio. ff.* De verbis
significatione, ubi jurisconsultus ait: *Stipulatio hoc modo* concepi[ta]: *Si heredem me non feceris, tantum dare fraude:*
inutilis est, quia contra bonos mores est, nimis contra libera-
beram testandi voluntatem, quam huiusmodi promissio, &
iusurandum admisit. Plerique tamen, ut refatur Couar. in rubr. de testam. p. 2. nu. 15, hoc exemplum non
probant, quia tantummodo iure ciuili videtur
esse interdictum pactum de non renouando testa-
mento iam facto. Tertium, reducere exemplum:
Vt si quis, inquit, faciat donationem omnium sursum be-
norum, etiam futurorum, & iureiurando conformet, si non
subsistere huiusmodi pactum, etiam iureiurando manum,
quia est contra bonos mores naturales: aspergit enim liberam
testandi facultatem. Hoc exemplum Bartholi multi
vtriusque iuris interpres approbat, quos citat
Couar. in Rubrica de testam. p. 2. nu. 4. Sed alij hoc pariter
exemplum improbat, quoniam donatio o-
mnium bonorum etiam futurorum, solum vide-
tur esse iure ciuili prohibita, vt constat l. vlt. c.
& l. *Hæreditas. C. de pati. consent.*

Secunda Regula Bartholi est: Quando lex ciu-
lis ob *publicum*, & commune bonum potissimum
lata est, iusurandum interpositum in
contra*ctu[m]* ea lege interdicto, cum non confirmat:
quia in cap. *S. diligenti. De foro compet. & cap. ad applica-*
tionem. De Regulæ arbitrio, & l. Ius publicum. ff. de pati. plane
dicitur, non posse ius publicum pacto priuatorum
tolli. Huius secunda Regule Bartholus exempla
producit, vt l. 2. & l. *Quemadmodum l. Omnes profugi.*
l. *Originarios. C. De agriculis, & censis sanctum*
ff. c.